



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

145. An Sacerdos celebrans Missam cum voluntaria distractione peccet mortaliter? Sed maior difficultas est, si Sacerdos cum voluntaria distractione recitat Canonem. Et an Sacerdos Religiosus possit ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

interpretes sic verterint, sed Orationes pro Defunctis, quibus Cathecumeni poterant interesse, ut alii melius verterunt. Ad secundum Responderet: In Parasceue fit participatio Sacrificij pridie oblati, recte proinde ad altare, ut ad Dei mensam, & à Sacerdote Sacris induito, ut consummante Sacrificium. Ad tertium responderet, Guidonii auctoritatem nullam esse, alii omnibus dissentientibus, ut neque Sacerdotalis Romanus, neque Manualium illorum, cum à priuatis sint composita, & non sint approbata ab Episcopis. Hucique Mercerus 3 eiudem Sylvium in 3. part. quafi. 3. art. 2. q. 2. quem citat, & sequitur Thomas Hurtadum in var. tom. 1. tract. 2. cap. 7. refol. 1. 8. à n. 3. 1. 2. & n. 3. 1. 6. sic ait: Ego vero dico, quod licet ex natura rei, aut ex lege non sit illicita Missa hæc, & sic permitti debeat in illis Ecclesiis vbi viger consuetudo illam dicendi, dummodo non fiat ex superstitione aliqua; tamen in illis Provinciis vbi non est consuetudo quod Sacerdos facit vestibus indutus, sicut cum sacrificium est celebratur, ad Altare accedat, ut Missam siccac dicat, existimo grauerit peccare, & ab Ordinario puniendum, quia rem consuetam inducit contra morem Patriæ, & qua potest esse ansa quod innocentes scandalizentur; sacra enim vestes Sacerdotales ex Ecclesiis institutione solùm ordinata sunt ad sacrificium perficiendum, quo celsante illis vestimentis non est in altari coram populo, nisi, ut dixi, consuetudo innexit. Et paulò post n. 3. 2. 0. subdit, quod vbi non est consuetudo dicendi tales Missas siccac, nullatenus sunt introducendæ, aut dicendæ: Vbi autem est consuetudo, permitti possunt. Haec enim facit, quod omnia ista, in eo sensu simulato non accipiuntur, & sint potius fidelium solatia, quam Dei, & Christi iuris. 2.

Sed his non obstantibus, non desunt Auctores Missas siccac non damnantes, quos citat & sequitur amicissimus & doctus P. Lezana in summa to. 4. verb. Missa, n. 5. 6. vbi sic ait: Quamvis dixerim ex communi sententia non licere propter quamcumque necessitatem celebrare supra mare, seu flumen in navi; propter periculum effusionis sanguinis ex motu nauis, id tamen intelligitur loquendo de Missa communis, & ordinaria, que fit cum consecratione Corporis, & Sanguinis Christi, non tamen de Missa, vulgo, Sicca, appellata, in qua Introitus, Epistola, Euangeliū, & alia Orationes, consecratione praemissa, dicuntur, prout habetur in nostro Ceremoniali lib. 2. Rubrica 55. & docent Henriquez lib. 6. de Missa cap. 27. n. 3. Fagundez de primo Eccles. praecepto, lib. 3. cap. 10. n. 14. ex Azorio tom. 1. in fuit. mor. lib. 7. c. 7. 9. 6. Quomodo autem ea dici possit siue in mari, siue in terra, lege Henr. d. cap. 27. & Portellum in Responsion. p. 3. cap. 2. 6. Id quoque habetur loco relato ex nostro Ceremoniali, vbi etiam in fine illius Rubrica sic dicitur: Hoc etiam modo sica coram infirmis dici poterit, si pro devotione illam audire volunt, cum Missa cum consecratione in eorum dominibus non celebrari sinatur. Hucque P. Lezana. Sed ego, ut verum fatear sententia P. Hurtado magis adhaeres, nempe, vnum Missarum siccacrum non esse illicitum, vbi solitum est illas sic dici; fecus autem vbi talis consuetudo non adesse.

3. Verum hic obiter nota, dictum Hurtadum vbi sup. n. 3. 0. 4. nominatum contra me docere, quod in Ecclesiis Regularium relinquerre Missam cantatam diebus festiuis, sit peccatum mortale. Sed Ego iterum quicquid ipse afferat, non recedo à sententia quam olim docui, & quam me citato tenet Pellizarrius in man. Regul. tom. 1. tract. 5. cap. 9. n. 3. 0. & me citato Petrus Crescentius in Præf. Rom. lib. 3. n. 6. 3. & me citato Leander de Sacram. tom. 2. tr. 8. diff. 5. q. 1.

Sup. hoc supra in fine Refol. 87. à vers. Norandum est. & in Refol. 86. & 87.

An relinquere Missam solemnum, aut maiorem in nostris Conuentibus in dominicis, ac aliis festis, sit peccatum mortale: Affirmaret Peregrinus, si quidem hoc ipsum affirmat loquendo de omissione Missæ solemnis in suis Ecclesiis, ut refert Diana. Sed longe probabilius, imò certissimè respondeo, non esse peccatum mortale, imò nec veniale, scilicet scandalo, aut alia circumstantia. Quia, ut ait Gauatus tom. p. 3. tit. 11. n. 4. Ecclesiæ Regularis tenentur ad Missam in Choro ex regula tantum, & consuetudinis, aut constitutionis interpretantis regulam: sed nec Regula nostra, nec Constitutiones, aut consuetudo obligat nos ad peccatum, nec dum veniale, faltem in hac parte: Ergo. Ita Leander, quibus adde Peutinum in privileg. Minim. tom. 3. cap. 1. n. 10. & Marcus Valem in Arc. Theolog. mor. tit. de Horis Canonicas, p. 3. 1. n. 3. 4. Vnde ex dictis patet responsio ad argumentum, quod contra me facit Hurtadus, nego non adesse consuetudinem obligatoriam ad culpam mortalem, ut Regularis dicant Missam solemnum singulis quoque diebus Dominicis in Choro, faltum in mea Religione, ut adest consuetudo obligatoria ad mortale, quod Clerici professi persolvantur Chorum Horas Canonicas.

4. Et tandem nota, dictum Hurtadum vbi supra cap. 6. refol. 2. 2. n. 2. 3. 6. nominatum contra me docere, quod Episcopus possit in aliena Diocesi celebrare Sup. hoc Missam solemnum cum Pontificis patentia. Sed vbi in Tit. contra Hurtadum, ne deferas negationem fratrem tenere, quam præter Doctores a me diligenter ad eos tener me citato Squillante de priu. Epis. p. 1. cap. 3. n. 4. vbi testatur de praxi omnium Episcoporum. Idem etiam docet Sanchez in Opus. 10. 1. n. 7. cap. 1. dub. 50. n. 2. Baunius in Theol. moral. tom. 1. n. 7. 8. 9. 18. Lessius in 3. p. D. Thom. c. 2. de sufficientia. 3. 2. vide etiam P. Thefaurum in Praxi part. 2. c. 4. 3. 3.

## RESOL. CXLV.

An Sacerdos celebrans Missam cum voluntaria dilectione peccet mortaliter? Sed maior difficultas est, si Sacerdos cum voluntaria distractione recitat Canonem. Et an Sacerdos Religiosus possit extra Convenem Missus dicere, quas tenetur solvere ipsius Convenem & posse in ipso Conventu resarcire? Ex p. 1. studi. & Mifc. 7. Ref. 11.

5. 1. Affermatiū respondit Doctores, afferentes in recitatione horatrum esse necessarium intermissionem attentionem. Sed negant Doctores, qui n. 1. in præceptum in recitandis horis Canonis non agunt, scilicet. Sed maior difficultas est, si Sacerdos cum voluntaria distractione recitat Canonem. Nouissimum p. 1. Pater Tamburinus opus. de farr. Missib. 2. cap. 3. 3. 0. & 9. afferit, quod distractus voluntarie, in his nullis distinguis. Partibus, quæ ad Canonem non pertinent, sive carmine operetur (etiam cum celebrat ex præcepto) non audeo dicere eum peccare mortaliter. Ratio est, quia nisi ex Missæ partes non excedunt rationem rationis ad Deum. Cum igitur probabile sit (ut modò videlicet dicitur) recitare orationes de præcepto cum voluntate, distractione non esse mortale, probabile erit etiam a distinguis in casu nostro, quod si per notabile tempus voluntaria distractio casus Missæ partes, quæ Convenem in lectione continet, recitet, seu peragat, peccabit mortaliter. Si vero Missa celebretur de præcepto, sive de feria, sive de festo, ratio, quæ me ad id mouet, est discriben, quod inter creditur inter Missæ sacrificium, & ceteras orationes. Haec enim sunt merita allocationes ad Deum:

## RESOL. CXLVI.

*An de Missâ sit argumentandum, ac de Horarum canonicarum recitatione? Ex part. II. tract. I. & Misc. I. Resol. 10.*

at Missâ est insuper sacrificium, hoc est actus Religionis excellentissimus, quo profitemur Deum summè venerari, vt super suo loco notauius. Videatur autem mihi grauis esse irreuerentia, quod quis dum profiteretur Deum summè per suam actionem venerari, cum illo irreuerenter per voluntariam distractiōnem se gerat, & in tanto ministerio, de quo trement Angelorum Ordines, omnia alia cogitare velet, quād mente attendere ad quod operatur. Addēt & morale periculum aliud graue omissendi, vel non titè operandi, &c. non audet dicere eum peccare mortaliter, fecus autem si voluntariè. Canonem recitaret.

2. At ego his diebus interrogatus de hoc casu à quodam Religioso, negatiū respondi, & nunc inuenio nostram sententiam docere sapientissimum, & amicissimum Patrem Franciscum Bardi in suis studiis quæstionibus moralibus nouissimè editis ad communem utilitatem totius Reipublicæ literarie; sic itaque afferit lib. 8. q. 6. n. 8. Quæ dicta sunt de attentione debita in recitandis horis, intelligi etiam debent in recitandis aliis precibus, in audiendo sacro, & in ipso conficieendo, quamvis quidam recentiori discrimen agnoscat, dicaturque grauiter peccare. Sacerdoti tempore notabilis partem canonis voluntariè distractus reciter, discrimen autem ex nullo alio capite colligit, nisi ex eo quod relata orationes sunt metra allocutiones ad Deum, Missâ verò est sacrificium, quo Deus ipsum veneramus, proinde grauissimè irreuerentia, quod quando quis profiteretur per suam actionem Deum colere, irreuerenter se gerat.

3. Contra hunc recentiorem vrgeti poterit; nam vroque modo Deus colitur, nempe & orationibus, & sacrifici; proinde in vitrore irreuerentia debet existimari grauis, vel leuis, & ad summum, quamvis demus distractiōnem voluntariam in actione sacrificij esse maiorem, posset quis dicere esse maiorem intra latitudinem peccati venialis, & superesset ipsi recentiori ostendendum, majoritate hanc pertinere ad culpam lethalem, quod tamen non probat nequé ratione, neque autoritate, nam legi neminein, qui tale ponat discrimen; Authorae enim qui dicunt esse grauem culpam se distracte voluntariè in recitandis horis Canonici, hoc ipsum sustinent de auditione & celebratione, quando saltem est de p̄cepto; addo etiam, quod in Canone preces etiam continentur, proinde discrimen quod recentior ille putat interuenire, est omnino reiectendum.

4. Sed si hic obiter quæras, potest ne Sacerdos Religiosus extra Conuentum Missas dicere, quas tenet soluere ipsomet Conuentus, & postea in ipso Conuento refarcire? Respondet Villalob. non posse absque licentia Praelati, & notitia, quia iudicat hoc assimilari Missis dictis pro futuris intentionibus; sed m̄o iudicio videtur absolute hoc negari non posse; quia si licet secundum prædictum patrem Missas soluere pro aliquo illo ignorante, ad quas tenetur soluendas, cur si conuentus debitor est circa determinatas Missas, non poterit quis pro illis soluere, & postea refarcire? dicendum ergo hoc non esse illicitum dummodo duo obseruentur, Primum, vt Missa dicatur semper cognita primò obligatione, & debito circa determinatas Missas: Secundum, vt ne dissipientur pro aliquo accidenti aliqua ex Missis, quas tenentur dicere sive conuentus sive Religiosus particularis. Et haec omnia docet Ioannes de Soria in epilogi summarum part. 2. tract. 1. sect. 5. diff. 2. §. circa applicatio-

mentali fundam. 43. §. 46. n. 1125. Consequentia doctrina postulare videtur, vt ex officio diuino ad Missam lectionem veniamus.

2. Inquiero igitur, Annè de celebratione sacri, si cut de lectione horarum erit philosophandum?

3. Vt melius intelligas dubium, adnotato, multa probabilitate de Officio diuino teneri, quæ debent ad Missam extendi.

4. Primo enim potest aliquis satisfaciendi Officio diuina quacumque hora teneri.

5. Secundò potest illud iterum iterumq; recitare.

6. Tertiò potest quis matutinas (aut alias horas) subdiuidere: Itaut post medianam primi nocturni partem negotiis aliis satisfaciat, & tandem reliquos psalmos legit.

7. Quartò potest ordinem psalmorum & lectiōnum inuertere; in quibus omnibus, aut nullum aut veniale committitur, si haec omnia sicut sine ratiōnabili causa. Hinc veniens ad Missam.

8. Quarto primò. An possit aliquis Missam dicere quacumque hora; hoc est an possit illam quis legere ante auroram, aut post meridiem? Et si non possit, cur non posse dicatur? si ad p̄ceptum recurratur non videtur sufficere; Nam Diana docet part. 7. n. 11. ref. 12. dati p̄ceptum indicens officij Canonici partes talibus horis dici, & tamen affirmat eum, qui non seruat horas, peccare tantummodo veniamliter: Ergo si consequentiam tenetas, debebis dicere, eum qui vespere celebret, peccare veniamliter, aut disparitatem ob oculos ponere.

9. Quarto secundo, cur non possit bis, aut ter eadē die celebrari ob reverentiam mysterij te non posse illud dicas; quid si celebrando plures maiorem reverentiam haberes? Cur non poteris etiam eadem die plures communicare? Quis finis ab Ecclesia intendit, quo non deficit interdum in communī, & frequentissime in aliquo particuliari; an saltem in tali casu posset aliquis sequi probabilem illam sententiā, que docet cessare legis obligationem in particulari, cum cessat totus legis fons in eodem particulari?

10. Quarto tertio; An qui celebret, possit legere usque ad Canonem & postea denudare se, & ire ad sua negotia, & post alias horas reuerti, & Missam absoluere?

11. Quarto quartò: An possit quis in Missa ordinem orationum inuertere sine mortali, Missamque Epistola, & Evangelio claudere?

12. Quarto quinto: An sit probabilis illa sententia, qua docet, posse horas Canonicas lingua quacumque recitari, & si probabilis sit. An idem de Missa facili debet? Et si hoc non in quo consistat decisio- nis disparitas? Hucusque Caramuel.

13. Sed ego prorsus puto non esse philosophandi de Missa ac de horis Canonici, nam alioquin posset quis dicere, horas Canonicas possunt dici in latiniis, ergo licitum erit in latiniis celebrare Missam, quis benè potus, & cibis onustus potest dicere horas Canonicas, ergo & sic etiam poterit celebrare Missam.

14. Licitum est perfoluere horas Canonicas feedendo, & cooperito capite, ergo licitum erit eodem modo Missam dicere. Licitum est perfoluere officium verbi gratia in ultima hora ante medianam noctem, & postea transfacta media nocte statim dicere Matutinum,

*Quæ nōne  
inveniuntur  
in tom. 3.  
tr. 6. Ref. 7.  
& in aliis  
eius prima  
not.*

*Sup hoc pro  
Missa infra  
in §. vtc. hi-  
ius Ref. & in  
alio verf.  
eius not.*